Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Sanctus Leo: sermo de passione Domini

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

radior. idem ubique splendor apparet.
nec possit nisi gloria esse xpi cuius
lib& meritum xpiani. hoc est illud ue
rum lumen. quod omnem hominem
iustificat & inlustrat. hoc est. quod eruit
de potestate tenebrarum. & transfe
r& in regnum filii di. hoc est. quod
p nouitate uite desideria animi
prouehit. & concupiscentias car
nis extinguit. hoc e quod pascha dni.
in azimis sinceritatis & ueritatis
legitime celebratur. dum fermen
to malitie u&eris abiecto noua
creatura de ipso dno inebriatur &
pascitur. Non enim aliud agit
participatio corporis & sanguinis
xpi. quam ut in id quod sumimus
transeamus. & in quo conmortui
& consepulti & conresuscitati su
mus. ipsum per omnia & spu
& carne gestemus. dicente apto.
mortui enim estis. & uita ura
abscondita est cum xpo in do.
Cum enim xps apparuerit uita
uestra. tunc & uos apparebitis
cum ipso in gloria. qui cum patre
& spu sco uiuit & regnat
in secula seculorum. amen.

...m sermo sexta fer legend
post vii folia requirendus
...a inchoans. Sermo que obmi...

CI Item cuius supra.

Omelia de passione dni sci Leonis.

5 sexta feria

Sacramentum dilectissimi dominicę
passionis quam dns ihs xps filius di p humani
generis salute suscepit. & sicut p misit
omnia eccle ad se traxit.
Tam plene ac lucide euangelicus sermo
persecutus. ut religiosis & piis cordibus
non aliud sit audisse que lecta sunt.
quam uidisse que gesta fuerunt. unde cu indu
bitabilem obtineat auctoritate sacra
narratio. adnitendu nobis est auxili
ante dno. ut perspicuum habeat intelle
gentia. quod notum fecit historia.
Post illam namque humane preuarica
tionis primam & uniuersalem
ruinam. & quo per primum hominem
peccatum introiuit in hunc mundum.
& p peccatum mors. & ita in omnes ho
mines pertransiit. in quo omnes peccaue
runt. nemo tam diaboli dominati
onem. nemo uincula dire captiuitatis
euader&. nec cuiqua aut reconcili 12
atio ad ueniam. nisi coaeternus
& coaequalis patri deo filius di. & iam
hominis esse filius dignar&ur. ueni&
quęrere & saluare quod perierat. ut quia
p adam mors. ita & p dnm ihm xpm esse&
resurrectio mortuorum. Non enim
quia secundum inscrutabile pro
positum sapientie di. nouissimis
diebus uerbum caro factum est.

ideo salutifer uirginis partus & terminantum temporis generationibus profuit & non tantum in præteritos refudit ætates; omnis prorsus antiquitas colentium dm̄. uerum omnis numerus apud secula priora s̄corum. In hac fide uixit & placuit. & neque patriarchis. neque prophetis. neque cuiquam omnino s̄corum. nisi in redemptione dn̄i ihu xp̄i. salus & iustificatio fuit; que sicut expectabatur multis pph̄etarum oraculis signisque promissa. ita est etiam ipso munere atque opere presentata;

III Unde nunc dilectissimi in toto ordine dominicę passionis. non ita infirmitatē consideremus humanę. ut arbitremur illic potentiam defuisse diuinā; neq; illam equalem & coęternā patri formā unigeniti cogitemus. ut putemus n̄ fuisse uera quae uidentur indigna, prorsus utraq; natura.

unus est xp̄s; nec uerbum ibi ab homine disiunctum. nec homo est dissociatus a uerbo; non est fastidita humilitas. quia nec imminuta maiestas; nihil nocuit nature inuiolabili. quod passibili oportebat inferri; totumque illud sacramentum quod simul & humanitas consummauit & diuinitas. dispensatio fuit misericordię. & actio pietatis; talibus enim uinculis tenebamur obstricti. ut nisi p hanc opem. non possemus absolui. humilitas igitur diuinitatis nrā profectio est. nos tanto redimimur pretio. nos tanto curamur impendio; quis enim ab impietate ad iustitiam. a miseria ad beatitudinē esset recursus. nisi & iustus ad impios. & beatus inclinaret ad miseros; Non est ergo nobis dilectissimi erubescenda crux xp̄i. que de uirtute ē diuini consilii. n̄ de conditione peccati; quamuis enim & infirmitate nrā uere passus dn̄s ihs. uere mortuus. non tamen ita se abstinuit gloria sua. ut inter illas contumelias passionis. nihil diuinę operationis exsereret; Nam cum impius iudeus non iam ouili pelle uelatus. sed lupino furore manifestus. cum sceleris p speciem pacis incipiens. signum traditionis seuiore omnibus telis osculo prebuisset. & multitudo furibunda. que ad conprehendendum dn̄m. cum armis & militum cohorte confluxerat. inter faces atque laternas. lumen uerum tenebris suis obcaecata non cerneret. dn̄s qui expectare potius turbas quam declinare delegerat. sicut iohannes euangelista testatur. quem quererent. nec dū inuentus interrogat. illisq; dicentibus. quod ihm̄ quererent.

egoſum inquit; quod uerbum. ita illā
manum & ferociſſimis congregatā
quaſi quodam fulmineo ictu ſtrauit
& perculit. ut omnes illi atroces mina
ces, atque terribiles retroacti corruerent;
ubi fuit ſeuitie conſpiratio. ubi ardor
irarum. ubi inſtructus armorum.
Dns dicit. egoſum. & ad uocem eius tur
ba pſternitur impiorum; quid iam
poterit maieſtas eius iudicatura. cuius
hoc potuit humilitas iudicanda; uerum
tamen dns ſciens quid magis ſuſcepto
myſterio conueniret. ut hac potestate
non pſtitit. ſed pſecutores ſuos inſa
cultatem diſpoſitis ſceleris redire p̄
miſit; nam ſi teneri nollet. non utique
teneretur; Sed quis hominum ſaluari
·poſſet·
ſi ille ſe non ſineret conprehendi: ita
& beatus petrus quae nimiore con
ſtantia dno coherebat. et contra uio
lentorum impetus. feruore ſe ēcari
tatis exerſerat. in ſeruum princi
pis ſacerdotum. ipſius ureſt gladio & au
·pſiluit
rem ius ferocius inſtantis abſcidit.
Sed hunc ſcelerantes apoſtoli pium mo
tum. progredi dns ultra non patitur.
recondi gladium iubet. nec ſinit ſe ad
uerſum impios manu ferroque defen
·dere·
contra ſacramtū em erat redēptionis nrē.
ut qui mori p omnibus uenerat. captiuo
let. nec dilato glorioſe crucis triūpho.

& dominatio diabolica fieret largior. &
captiuitas humana diuturnior;
IIII· De tergo in ſe furentibus licentiam ſe
uiendi. nec tamen etiam talibus dedig
natur ſe indicare diuinitas; aurem
ſerui iam ipſa ſectione demortuam
& a conpage corporis uiuentis alienam.
in ſedem dehoneſtati capitis reuocat
manus xpi; & reformat. quod ipſe forma
uerat; nec tarde caro ſequitur eius
imperium. cuius erat ipſa figmentum.
habent ergo diuinā hec opera uirtu
tem; ſed quod dns maieſtatis ſue poten
tiam comprimit. & tum in ſe pſecutores
admittit. & illa eſt uoluntate
qua dilexit nos. & tradidit ſemet ipſum
p nobis. cooperante in hoc ipſum patre.
qui filio proprio non pepercit. ſed p
nobis omnibus tradidit eū. una eſt enī
patris & filii uoluntas. ut eſt una diui
nitas; De cuius diſpoſitionis effectu.
nihil uobis iudaei gratie. nihil tibi iuda
debemus; ſaluationi quidem nrē.
uobis non hoc uolentibus impietas ueſtra
ſeruiuit. & per uos factum. quicquid
manus di fieri & conſilium decreue
runt; mors igitur xpianos liberat.
·xpi·
uos accuſat. meritoſoli non habet ergo
omnibus perire uoluiſtis; et tamen tanta
eſt nrā bonitas redēptoris. ut etiam
uos poſſetis conſequi ueniā ſi xpm

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

di filium confitendo illam parricidalē
malitiam relinquatis; non enim frus
tra dn̄s in cruce orauit. pater dimitte
illis quia nesciunt quid faciunt; quod
remedium recte iuda transiret. Si ad
ecc̄e paenitentiam confugisset que te re
uocaret ad xp̄m. non que instigaret
ad laqueum; dicendo autē peccaui
tradens sanguinē iustum. in impietatis
tue pficere pstitisti. quia dn̄m n̄m dī
filium sed n̄re tantum modo condi
tionis hominem. & id ē in extrema mor
tis tuae pericula credidisti; cuius flex
isses misericordiam. si eius omnipoten
tiam non negasses; h&c hodie dilectissi
mi pris auribus uestris insinuata suffi
ciant. ne fastidium de prolixitate
subrepat; quod h̄ desierunt plenitudini.
quarta feria auxiliante dn̄o reddenda
promittimus. q̄m quidē dedit quod lo
cuti sumus. dabit sicut credimus quod
loquamur. p eundem dn̄m n̄m ihm xp̄m; FER
IIII. OMEL. DE PASSIONE DNI;

Exigit fides dilectissimi. ut parte ser
monis quam dedimus passione pmisimus.
eodem uobis auxiliante reddamus. In quo
nos orationibus non ambigimus adiuua
ri; ad commune enī pfectum & lucrū si potue
ritis me habere deuotum. quia aure im
penditur edificationi quicquid m̄ie
facultati tribuitur. post illud ergo

impium iude detestandumque commercium quo
a beo iudeis psequentibus mundi redemp
tor est traditus. post illas sacrilegas inlu
siones. inter quas rursū ad locum pene eius
mansuetudo pducta ē. crucifixi eadem hora statu
tis utrique patibulis latrones duo quorū unus
ad id tēporis par. similis que consortis
insidiator uicerum. & saluti hominum
semper infestus usque ad crucem reus.
fit xp̄i repente confessor. & inter illos
acerbissimos corporis animique cruci
atus. quos simul & instantia & diffi
cultas mortis augebat mira conuersa
tione mutatus; memento inquid mei dn̄e
dum ueneris in regnum tuum; qua istū
exhortatio sumpsit. que doctrina imbuit.
quis predicator accendit. non uidebat
pnuria alia miracula. cessauerat tunc
languentium curatio. caecorū inlumina
tio. uiuificatio mortuorū. ea ipsa que
mox erant gerenda non aderant. & ta
m dn̄m confitetur & regem quē uidit sup
plicii sui esse consortem; inde ergo ore
batur hoc donū. unde accepit fides ipsa
responsum. ait enim illi. amen dico
tibi hodie mecū eris in paradiso; excedit
humanae conditionem ista pmissio.
nec tam de ligno crucis quam de
throno editur potestatis. ab illa
altitudine premium fidei datur.
in qua cirographum humanae